Willebrandus dei gracia maior prepositus, Fredericus decanus totumque sancte Magdeburgensis ecclesie capitulum, universis paginam presentem inspecturis. Notum sit omnibus tam futuri, quam presentis evi fidelibus, quod venerabilis dominus et pater noster Albertus ecclesie nostre archiepiscopus domino Engelhardo Nuemburgensi episcopo et ecclesie sue vendidit proprietatem quandam ecclesie nostre, scilicet burcwardum Nerchow, situm in diocesi Misnensi et comitatu marchionis Misnensis, cum omnibus suis attinentiis, tam vacantibus, quam infeodatis, pro octingentis marcis argenti, quam vendicionem nos gratam et ratam habemus et eidem unanimiter assentimus, quod ecclesia nostra per restaurum competens indempnis est conservata. Ad declarandum autem consensum nostrum presentem litteram conscribi fecimus et sigillo nostri capituli roborari. Testes huius rei sunt: Willebrandus prepositus. Fredericus decanus. Wernerus prepositus in Hunoldesburg. Conradus de Salzwedele. Ludolfus Moguntinus scolasticus. Sifridus. Albertus sancti Sebastiani in Magdeburg prepositus. Krafto cellerarius. Ludolfus de Indagine. Thimo. Theodericus de Tobin. Rupertus. Bruno prepositus Lubicensis. Albertus beatorum apostolorum Petri et Pauli Magdeburgensis prepositus. Arnoldus scolasticus. Acta anno incarnacionis domini MCCXXXII., II. nonas iunii.

464.

König Heinrich VII. eignet dem Kloster Waldsassen das reichslehnbare Gut Culm bei Ölsnitz, nachdem ihm Reimboto von Straßberg mit Bestimmung der Zwischenlehnsträger Konrad Graf von Eberstein und Landgraf Heinrich, mit seinem Bruder Konrad, solches zu diesem Zwecke resignirt hat. **Eger, 1232 Juli 1.**

Hdschr.: Kop. Perg. Waldsassen fol. 15 (Saec. XIV). Reichsarchiv München.
Gedr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. 4,573. Böhmer-Ficker 4238.

— — Sciant ergo tam presentes quam futuri, quod, cum illustris lantgravius H[einricus] de Turingia cum fratre suo Cunrado in partibus Olsniz feudum[a]) quoddam nomine Culme a nobis comesque Cunradus de Eberstaine a predicto lantgravio et Reimboto de Stracenberch ab eodem comite tenuerit, idem Reimboto cum omnibus fratribus suis et eorum successoribus[b]) iam dicta bona et omnia illorum pertinencia una cum predictorum baronum auctoritate nobis absolute resignavit. — — Datum apud Egram anno incarnacionis domini M̊. CC̊. XXXII., kal. iulii, indictione V̊.

465.

1232 Juli 25.

Gedr.: v. Dreyhaupt, Saalkreis 1,803 No. 9. Regest aus dem Urkundenverzeichniß des Nonnenklosters St. Georg zu Glaucha bei Halle a. S.

Marggraff Heinrichs zu Meißen Vereignung 3 Hufen Landes zu Quetz, so Heinrich von Altfill dem Jungfrauenkloster zu S. Georgen wegen seiner beiden Schwestern Aufnahme in's Closter gegeben.

464. *a)* fewdum *Kop.* *b)* successores *Kop.*